



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 95. Franciæ edictum pro alienatis Ecclesiarum bonis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI.

A.C. 1564

§. XCV.

Franciæ edictum pro alienatis Ecclesiarum bonis.

Thuan. l. 36.
num. 6.

Ineunte hoc anno Salutis nostræ millesimo quingentesimo sexagesimo quarto Carolus IX. Ecclesiasticis diploma concessit, vi cuius bona superiore anno alienata redimere possent, si vili admodum pretio ea divendita fuerint: verum Nobiles, & plebejus ordo porrecto Regi supplici libello, ac publice edito intercesserunt, & gravem ea de re querelam instituerunt, ad fidem Regis appellantes, & Regiæ auctoritatis interesse contendentes, ut id, quod fide publica propter necessitatem publicam fuit divenditum, penes emptores adempta omni repetitionis spe remaneret: attamen vicit sacri ordinis favor, permisumque Clericis, ut aliis bonis, quæ minus utilia viderentur, iusto pretio divenditis, bona illa vi potius sibi erepta quam publica auctoritate distracta redimerent, qua de re diploma in Senatu recitatum est die vigesima Januarii. Eodem quoque tempore Hospitalius Cancellarius edictum edidit, vi cuius anni initium computaretur a prima Januarii die, cum antehac ejus principium in iudicii actis, aliisque publicis scripturis a die Paschali sumeretur:

tur: porro sequenti Mense Martio Rex Sæcul. XVI.
 Regnum suum lustrare constituens, in A.C. 1564.
 hoc itinere Russinonem, urbem Tur-
 noniæ Familiæ propriam, Mense Junio
 venit, ubi eum Calvinistæ questum adi-
 bant, quod male haberentur, etsi ob
 pacis edictum ipsis non ita pridem con-
 cessum ab omni vexatione immunes
 esse deberent: ex adverso Catholici jure
 querebantur de Calvinistarum violenti-
 tiis, præcipue, quod obtenta conven-
 tus suos agendi libertate abuterentur.
 Hanc in rem Joannes Begatus
 Divionensis Consiliarius vir admodum
 clarus Regem eleganti oratione exci-
 piebat, eidem exponens, summopere
 periculosum esse, quod in eodem Re-
 gno duæ diversæ Religiones permitte-
 rentur: insuper etiam hac super re con-
 cinnabat apologiam, quæ tamen oppo-
 sito responso confutata fuit.

§. XCVI.

*Novum edictum Russinone promulga-
 tum pro dilucidando pacis
 decreto.*

Utriusque partis querelas ibi Rex ex-
 ceperat, seque satisfecisse arbitra-
 batur, si edictum, quod vulgo Rusci-
 nonensis Constitutio vocatur, die quarta
 Mensis Augusti ederet, quamvis illa
 non nisi explicatio esset eorum, quæ in
 priori

*Recueil l. c.
 Thuan. l. 36.
 Art 10. de
 l'ord. de
 Roussilon.*